

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Ad Qu.C.fratrem liber secundus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

tua salus allatura sit, oppugnent te vehementius. Messalā tuī studiosum esse arbitror, Pōpeitū etiā simulatorē puto. Sed hęc vtinā nō experiare. qđ p̄cater deos, nisi meas p̄ces audire desis-  
 sent. verūtamē p̄cor, vt his infinitis nostris malis cōtēti sint, in qbus nō modo tñ nulli⁹ inest peccati infamia, sed oīs dolor est, qđ optime factis poena est maxima cōstituta. Filiā meā & tuā Ciceronēq; nostrū quid ego mi frater tibi cōmendē: quin illud moereō, qđ tibi nō minorē do-  
 lorē illorū orbitas affert, qđ mihi. Sed te incolumi, orbī nō erūt. Reliqua, ita mihi salus aliqua det, potestasq; in patria moriēdi, vt me lachrymē nō sinūt scribere. Etiā Terentiā velim tuae re, mihiq; de p̄ibus reb⁹ rescribas. Sis fortis quoad rei natura patiet. Idī, Iulii Thessalonice.

M. T. CICERO Q. CICERONI FRATRI. S.



Mabo te mi frater, ne si vno meo fato & tu, & oēs mei corruistis, improbitati & sceleri meo potius, qđ iprudētiē, misericordiēq; assignes. nullū est meū pec-  
 catū, nisi qđ iis credidi, a quib⁹ nefas putarā esse me decipi, aut etiā quibus ne-  
 id expedire quidē arbitrabar. Intimus, p̄ximus, familiarissimus qsq; aut sibi primū, aut mihi iudicē. ita mihi nihil misero, p̄ter fidē amicorū, cautū meū cōsiliū fuit. Qz si te satis innocētia tua, & misericordiā hoīm vindicat hoc tē-  
 pore a molestia, perspiciis profecto & qnā nobis salutis spes relinquat. Nam me Pōponius, & Sextius, & Piso noster adhuc Thessalonice retinuerūt, cū lōgius discedere, p̄pter nescio quos motus, vererent: verū ego magis exitum illorū literis, qđ spe certa expectabā. Nā quid sperem potentissimo inimico, dominatione obtrectatorū, infidelib⁹ amicis, plurib⁹ inuidis! Denotius autē Tri. Ple. est ille quidē in me officiosissimus, Sextius, & (spero) Curtius, Milo, Fadius, Gra-  
 tidius, sed valde aduersante Clodio, qui etiā priuatus eadē manu poterit conciones cōcitare. deinde etiā intercessor parabit. Hęc mihi proficiscēti non proponebant, sed sepe triduo sum-  
 ma cū gloria dicebar esse rediturus. Quid tu igit inquires! Quid! multa cōuenerunt, qđ mentē exturbarent meā, subita defectio Pōpeii, alienatio Coss. etiā p̄torum timor, publicanorū arma, lachrymē meorū, me ad mortē ire prohibuerūt. Qđ certe & ad honestatē, & ad effugiendos intolerabileis dolores fuit aptissimū. Sed de hoc scripsi ad te in ea epistola, quā Phaethōri de-  
 di. Nunc tu, qm̄ in tantū luctū, laborē detrusus es, quantū nemo vnq; si releuare potes cōm-  
 nem casum misericordiā hoīm, scilicet incredibile quiddā assequeris. Sin plane occidim⁹ (me miserum) ego oīs meis exitio fuero, quib⁹ ante dedecori nō eram. Sed tu, vt ante ad te scri-  
 psi, perspice rē, & pertenta, & ad me, vt tēpora nostra, nō vt amor tu⁹ fert, vere perscribe. Ego vitam, quoad putabo tua interesse, aut ad spem seruādam esse, retinebo. Tu nobis amicissimū Sextium cognosces, credo tua causa, vel Lentulū, qui erit Cos. qđ sunt facta verbis difficilia  
 ra. Tu & quid opus sit, & quid sit videbis omnino. Si tuā solitudinē, cōmunemq; calamitatem nemo despexerit, aut p te cōfici aliqd, aut nullo mō poterit. Sin te quoq; inimici vexare coepe-  
 rint, ne cessaris me cerriorem facere, vt accurrā. Non em̄ gladiis mecum, sed litib⁹ agetur. Ve-  
 rum hęc absint velim: te oro, vt ad me de omnibus reb⁹ scribas, & in me animi potius, aut cō-  
 filii putes minus esse, qđ antea: amoris vero, & officii non minus. Vale.

MARCI T. C. EPISTOLAR VM AD Q. V. C. FRATREM  
 LIBER SECVNDVS.

M. T. C. Q. VINTO C. FRATRI. S.



Pistolam quā legisti, mane dederā, sed fecit humaniter Licini⁹, qđ ad me misso Senatu vesperi venit, vt si quid esset actū, ad te, si mihi vi-  
 dere, p̄scribere. Senat⁹ fuit frequentior, qđ putabam⁹ esse posse mēse Decēbri sub dies festos. Cōsulares nos fuim⁹, & duo cōsules designa-  
 ti P. Seruilius, M. Lucullus, Lupus, Vulcatius, Glabrio Prę. Sane fre-  
 quētes fuimus oīno ad ducentos. Cōmorat expectationē Lupus: egit causam Agri cāpani sane accurate, auditus est magno silentio. mate-  
 riā rei nō ignoras, nihil ex nostris actionib⁹ p̄termisit. Fuerūt nōnul-  
 li aculei in C. Cēsare, cōtumeliē in Gelliū: expostulationes cū absen-  
 te Pōpeio. Causa sero perorata, sententias se rogaturum negauit, ne qđ onus simultatis nobis imponeret. Ex superiorū temporū cōuitiis, & ex presentī filētio, qđ Senatus sentiret, se intelligere dixit. Milo coepit dimittere. Tum Marcellinus, noli, inquit, ex-  
 taciturnitate nostra Lupe qđ aut pbemus hoc tempore, aut improbem⁹, iudicare. Ego, qđ ad me attinet, idēq; arbitror ceteros, idcirco taceo, qđ nō existimo cū Pōpeius absit, causam agri

Preces.

Amabo te &c.

Ille quidē.

Facta vera bis difficilia.

Mane. Vesperi.

Sub dies festos.

## Epistolarum ad Q. fratrem

Cāpani agi cōuenire. Tū ille se Senatū negauit tenere. Racilius surrexit, & de iudiciis referre coepit. Marcellinū qdē primū rogauit: is cū grauer de Clodianis incēdiis, trucidationib⁹, lapidationib⁹ q̄tus esset, sententiā dixit, vt ipse iudices p̄ Prę. urbanū fortiter: iudiciū sortitione facta, comitia haberent, qui iudicia impediūisset, eū cōtra repu. esse facturum. Approbata valde sententiā. Cato cōtradixit, & Cassius, maxima adclamatione Senatus, cū comitia iudiciis anteferret. Philippus assensit Lētulo. Postea Racilius de priuatis me primū sententiā rogauit. Multa feci verba de toto furore, latrocinioq; P. Clodii: eū tāq; reū accusaui multis, & secūdis admurmurationibus cuncti Senatus. Orationē meam collaudauit satis multis verbis nō me hercule indiferte Seuer⁹ Antistius, isq; iudiciorū causam suscepit, antiquissimāq; se habiturū dixit. Ibat in eā sententiā: tū Clodius rogat⁹, diē dicēdo eximere coepit. furebat a Racilio se cōtumaciter, vrbaneq; vexatū. Deinde ei⁹ operę repēte a Gręcostasi, & Gradib⁹, clamorē satis magnū sustulerūt, opinor in Q. Sextiliū, & amicos Milonis incitate. Eo metu iniecto repēte magna q̄rimonia oīm discessimus. Habes acta vni⁹ diei, reliqua, vt arbitror, i mēsem Ianuariū reuicent. De Tri. Ple. lōge optimū Raciliū habem⁹, videē etiā Antistius amicus nobis fore. Nā Plautius, noster totus est. Fac si me amas, vt cōsiderate, diligēterq; nauiges, de mēse Decēbri. Vale.

M. T. C. Q. VINTO CICERONI FRATRI S.

Gręcostasis

Lippitudo  
Cic.



Gracchus  
augur.

Alex. Regis  
reductio.

Lētulus p̄  
cunia obpu  
gnatur.

Pompeius  
carpitur.  
Versus obf  
coeni dicti.

Non occupatione, qua erā sane ipedit⁹, sed paruula lippitudine adduct⁹ sum, vt dictare hęc epistolā, & nō, vt soleo, ad te ipse scriberē. Et primū me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso. Me. n. adhuc nemo rogauit, nū quid in Sardinia vellē: te puto sepe habere, etsi nō semp. q̄ nū quid Romā velis, quarat. Qd ad me Lētuli, & Sexti noīe scripsisti, locut⁹ sum cū Cincio, quō res se habet, nō est facillima, sed habet p̄fecto quoddam Sardinia appositū ad recordationem p̄teritę memorię. Nā, vt ille Gracchus Augur, posteaq; in istā prouinciā venit, recordatus est qd sibi in cāpo Martio comitia cōsulib⁹ habētib⁹ cōtra auspicia accidisset, sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minutiana, & de noīb⁹ Pōponianis i otio recogitasse. Sed ego adhuc emi nihil. Culeonis auctio facta est. Tusculano emptor nemo fuit, si cōditio valde bona fuerit, fortasse nō omittā. De edificatiōe tua Cyrū vrgere nō cesso. Spero eū in officio fore, sed oīa sunt tardiora, propter furiosę ædilitatis expectatiōē. Nam comitia sine mora futura videntur, edicta sunt ad. XI. Calē. Feb. Te tñ sollicitū esse nolo: omne genus a nobis cautiōis adhibebit. De rege Alexadrino factū est S. C. cū multitudinē eū reduci periculosum rei pu. videri. Reliqua cū esset in Senatu cōtētio, Lentulus ne, an Pōpeius reduceret, obrinere causam Lentulus videbat. In ea re nos & officio erga Lentulū mirifice, & volūtati Pōpei p̄clare satiffecimus, sed p̄ obretatores Lētuli res calumniā extracta est. Cōsecuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi nō poterat. Quid futurū sit latrocinio tribunorū, nō diuino, sed tñ suspicor, per vim rogationem Caniniū perlaturū. In ea re Pōpeius quid velit, nō dispicio. Familiāres ei⁹ qd cupiāt, oēs vident. Creditores vero regis aperte pecunias suppeditāt cōtra Lentulū. Sine dubio res a Lētulo remota videē esse, cum magno meo dolore, q̄q; multa fecit. Quare, si fas esset, iure eis succedere possemus. Tu, si ita expedit, velim q̄primū bona, & certa tempestate conscendas, ad meq; venias. Innumerabiles em̄ res sunt, in qbus te quotidie in omni genere desiderem. Tui nostriq; valent. Vale. XIII. Calend. Feb.

M. T. C. Q. VINTO CICERONI FRATRI S.



Crispi ad te antea superiora, nūc cognosce postea q̄ sint acta. A Calē. Feb. legationes in Idus Feb. reiciēbant, eo die res cōfecta non est. Ad. III. Nonarū Feb. Milo affuit, ei Pōpeius aduocat⁹ venit. Dixit Marcellus a me rogat⁹, honeste discessim⁹. p̄ducta dies est in. III. Id. Feb. Interim reiectis legationibus, III. Idū referēbat de puinciis q̄storū, & de ordinādīs Prętorib⁹: sed res multis q̄relis de repu. interponēdis nulla trāsacta est. Cato legem pmulgauit de imperio Lentuli abrogando, vestē tū filius mutauit. Ad. III. Idū Feb. Milo affuit, dixit Pōpeius, siue voluit. Nā vt surrexit, operę Clodianę clamorē sustulerūt, idq; ei p̄petua oratione cōtigat, nō modo vt adclatiōe, sed vt cōuitio, & maledictis impediret. Qui vt porauit: nā in eo sane fortis fuit, nō est deterritus, dixit oīa, atq; interdū etiā silentio, cū auctoritate peregerat, sed vt perorauit, surrexit Clodius, & tātus clamor a nostris (placuerat em̄ referre gratiā) vt neq; mēte, neq; lingua, neq; ofone cōsisteret. Ea res acta ē, cū hora. vi. vix Pōpei⁹ porasset, vsq; ad horā octauā, cū oīa maledicta, vers⁹ etiā obscœnissimī i Clodii, & Clodiā dicerēt;

ille furēs, & exanguis interrogabat suos in clamore ipso, q̄s esset q̄ plebē fame necaret: respō-  
debāt ope, Pōpeius. Quis Alexādrīā ire cuperet, respōdebāt Pōpeius. Quē ire vellēt, responde-  
bāt Crassum. Is aderat tum Milonī animo nō amico. Hora fere nona, quasi signo dato, Clo-  
diani nōstros consputare cōperūt. Exarsit dolor: vrgere illi, vt loco nos mouerēt. Factus est  
a nostris impetus, fuga operarū. Eiecit de rostris Clodius, ac nos quoq̄ tū fugimus, ne quid  
in turba. Senatus vocatus in Curīā, Pōpeius domū. Neq̄ ego tñ in Senatū, ne aut de tātis re-  
bus tacerem, aut in Pompeio defendendo (nā is carpebatur a Bibulo, Curione, Fauonio, Sestio,  
uilio filio) aiōs bonos offenderē. res in postertū dilata est, Clodius in Quirinalia p̄duxit diē.  
Ad. VI. Id. Feb. Senat⁹ ad Apollinis fuit, vt Pōpeius adesset. Acta res est grauiter a Pōpeio: eo  
diē nihil perfectum est. Ad. VII. Iduū Feb. ad Apollinis. S. C. factum est, ea que facta essent ad  
VI. Iduum Februarii, contra rempublicam esse facta. Eo diē Cato est vehementer in Pōpeiu  
inuect⁹, & eū oratione perpetua tāq̄ reū accusauit. De me multa, me inuito, cū mea sūma lau-  
de dixit. Cū illi⁹ in me perfidiā increparet, audit⁹ est magno silērio maleuoloz. Respōdit ei ve-  
hemēter Pōpeius, Crassūq̄ descripsit, dixitq̄ aperte, se munitiorē ad custodiendā vitā suā fo-  
re, q̄ Africānus fuisset, quē C. Carbo interemisset. Itaq̄ magne mihi res iā moueri videbā-  
tur. Nā Pōpeius hęc itelligit, nobiscūq̄ cōmunicat, insidias vitę suę fieri, Catonē a Crasso sustē-  
tari, Clodio pecuniā suppeditari: vtrūq̄ & ab eo, & a Curione, Bibulo, ceterisq̄ suis obtrecta-  
toribus cōfirmari: vehemēter esse p̄uidendū, ne opprimat, cōcionario illo populo a se prope  
alienato, nobilitate inimica, nō equo Senatu, iuuetute improba. Itaq̄ se cōparat, homines ex  
agris accersit. Opas aut̄ suas Clodi⁹ cōfirmat, man⁹ ad Quirinalia parat, in ea multo sumus  
supiores ipst⁹ copis. Sed magna man⁹ ex Piceno, & Gallia expectat, vt etiā Catōis rogationi-  
bus de Milone, & Lēculo resistam⁹. Ad. III. Id. Feb. Sesti⁹ ab indice Cn. Nerio Pupinia de am-  
bitu ē postulat⁹, & eodē diē a quodā M. Tullio de vi. Is erat eger. domū (vt debuimus) ad eū  
statim venim⁹, ei⁹ nos rotos tradidim⁹: idq̄ fecim⁹ p̄ter hominū opinionē, q̄ nos ei iure suc-  
cēdere putabāt, vt humanissimū, gratissimūq̄ & ipi, & oibus videremur, itaq̄ faciem⁹. Sed idē  
Neri⁹ index edidit ad allegatos Cn. Lēculū Vacciā, & C. Corneliū. Eodē diē S. C. factū est, vt  
sodalitates, decuriatq̄ discederēt, lexq̄ de iis ferret, vt q̄ nō discessissent, ea pœna, q̄ est de vi,  
tenerēt. Ad. III. Iduū Feb. dixi p̄ Bestia de ambitu ap̄ Prætorē Cn. Domitiū in foro medio,  
maximo cōuentu, inciditq̄ in eū locū in dicēdo, cū Sesti⁹ multis in tēplo Castoris vulnerib⁹  
acceptis, subsidio Bestie seruat⁹ esset. Hic προνομισαριου quidē ευκαιρος de his, q̄ in Sestiū  
apparabant crimina, & eū ornaui veris laudib⁹, magno assensu oīm. res homini fuit vehemē-  
ter grata. Que tibi eo scribo, q̄ me de retinēda Sestii gratia literis monuisti. Pridie Iduū Feb.  
hec scripsi ante lucē, eo diē apud Pōponiū in ei⁹ nuptiis erā cenaturus. Cetera sunt in reb⁹  
nostris huiusmodi (vt tu mihi fere diffidēri p̄dicabas) plena dignitatis, & gratię: q̄ quidē tua  
mi frater prudētia, patiētia, virtute, pietate, suauitate etiā tibi, mihiq̄ sunt restituta. Dom⁹  
tibi ad Lucū Pisōis Luciniana cōducta est, sed, vt spero, paucis mētib⁹ post Cal. q̄ntiles in tuā  
cōmigrabis. Tuā i Carinis mūdi habitatores Camię cōduxerūt. A te post illā Olbiēsem epi-  
stolā nullas literas accepi. Quid agas, & vt te oblectes, scire cupio, maximeq̄ te ipsum videre  
q̄primū. Cura mi frater, vt valeas: & q̄q̄ est hyēs, tamen Sardinia istā esse cogites. Vale. XV.  
Calen. Martii.

M. T. C. QVINTO CICERONI FRATRI S.



Sestius noster absolutus est. III. Iduū Martii, & q̄d vehemēter interfuit reip.  
nullā videri in eiusmodi causa disensionē esse, oibus sententiis absolut⁹ est.  
Illud, quod tibi sepe curę esse intellexerā, ne cui iniquo relinqueremus vitu-  
perandū locū, qui nos ingratos esse diceret, nisi illi⁹ p̄uersitatē quibusdā in  
rebus q̄ humanissime ferremus, scito hoc nos in eo iudicio cōsecutos esse,  
vt oīm gratissimū iudicaremur. Nā in defendendo moroso homine cumu-  
latissime satisfecim⁹, & (id, q̄d ille maxime cupiebat) Vatiniū, a quo palā oppugnabat, arbi-  
tratu nostro cōcidimus, diis, hoibusq̄ plaudētib⁹. Quinetiā Paulus noster, cū testis p̄duc⁹ ef-  
set in Sestiū, confirmavit se nomen Vatiniū delaturū, si Macer Licinius cūctaretur: & Macer  
a Sestii subselliis surrexit, ac se illi nō defuturum affirmavit. Quid quæris: homo petulans,  
& audax Vatiniū, valde perturbatus, debilitatusq̄ discessit. Quintus filius tuus, puer opti-  
mus, erudit⁹ egregie. Hoc nunc magis aaduerto, q̄ Tyrānio docet apud me. Dom⁹ vtriusq̄  
nostrū edificat strenue. Redēptori tuo dimidiū pecunię curauit. Spo nos añ hyemē cōtuber-  
nāleis fore. De nra Tullia tui mehercule amatissimā, spero cū Crassipede nos cōfecisse. Dies

In Pōpeiu  
dicta.

Cōsputare.  
Operē.  
Clodi⁹ cie-  
ctus.

Cice. fugit.  
Quirinalia  
Nota erro-  
rem.

Ad Apolli-  
nis.

Cato in Pō-  
peium.

Descripsit.  
Aphricani  
interēptor.

Suis obr-  
Conc. po.

Quidā M.  
Tullius.

Decuriati-

Sestius in  
ede Casto-  
ris vulne-  
ratus.

Carina.

† Carnię.

Sestii abso-  
lutio.

Tyrānio.

Curauit di-  
midii pecu-  
niā redem-  
ptori.

## Epistolarum ad Q. fratrem

Dies reli-  
giosi.  
Latiar.  
Sponsalia  
prebui.

Coenau.  
Coenatus.

Arcanum.

Olbia aut  
Vibia da-  
tas.

Aqua ha-  
ret.  
Coenabis  
cu veneris.

Imposuit.  
Bestiaru.

erāt duo, q post Latinas habent religiosi, ceterū confectū erat. Latiar erat exitur<sup>9</sup>. Ad. VIII. Id. April. Sponsalia Crassipedi prebui. Huic cōuiuio puer optim<sup>9</sup> Quint<sup>9</sup> tuus, meusq; q pleuiter cōmot<sup>9</sup> fuerat, defuit. Ad. III. Id. April. veni ad Quintū, eūq; vidi plane integrū, multūq; is meū sermonē habuit, & phumanū de discordiis mulierū n̄rarū. Quid qris: nihil festiu<sup>9</sup>. Pōponia aut etiā de te q̄sta est. sed hęc corā agemus. A puero vt discessi, in areā tuam veni, res agebat multis structorib<sup>9</sup>. Lōgīlium redēprore cohortat<sup>9</sup> sum, idē mihi aiebat se velle nobis placere. Dom<sup>9</sup> erit egregia: magis. n. cerni iā poterat, q̄ quātū ex forma iudicabam<sup>9</sup>. itēq; nostra celeriter edificabat. Eo die coenauī apud Crassipedē: coenatus, in hortos ad Pōpeiū letica lat<sup>9</sup> sum. Luceiū cōuenire nō potuerā, q; abfuerat: videre aut volebam, q; erā postridie Roma exitur<sup>9</sup>, & q; ille in Sardinia iter habebat. Homine conueni, & ab eo petiui, vt q̄primū te nobis redderet, statū dixit. Erat aut itur<sup>9</sup> (vt aiebat) ad. III. Id. Apr. vt aut Labrone, aut Pisis cōscēderet. Tu mi frater, simulac ille venerit, primā nauigationē (dūmodo idonea tempestas sit) ne omiseris. ad. III. Id. Apr. An lucē hanc ep̄lam dictauerā, scripseramq; in itinere, vt eo die apud T. Titū in Anagnino manerē: postridie autē in Laterino cogitabā: inde, cum in Arpinatū qnq; dies fuisset, ire ī Pōpeianū, rediēs aspicerē Cumanū, vt qm̄ in Non. Maias Miloni dies pducta est, pridie Nona. Romæ essem, teq; mi charissime, & suauissime frater ad eā diē (vt sperabā) viderē. Aedificationē Arcani ad tuū aduētū sustērari placebat. Fac mi frater vt valeas, q̄primūq; venias. Vale. M. T. C. QUINTO CICERONI FRATRIS.



Literas mihi tuas iucundissimas, expectatas, ac primo quidē cū desiderio, nūc vero etiā cū timore. Atq; has scito literas me solas accepisse post illas, quas tuus nauta attulit Olbia datas. Sed cetera (vt tu scribis) p̄sentī sermoni reseruent: hoc tamen nō queo differre. Idib. Maias Senatus frequens diuin<sup>9</sup> fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Adiurat Procili<sup>9</sup> hoc nemini accidisse. Foris valde plauditur, mihi cum sua spē iucundū, tum iucundū q; me absente (est. n. ἐπιτυχίῃ iudiciū) sine oppugnatione, sine gratia nostra erat ante. Qd̄ idibus, & postridie fuerat dictū de agro Cāpano actū iri, non est actum. In hac causa mihi aqua heret. Sed plura, q̄ cōstituerā. Coram. n. Vale mi optime, ac optatissime frater, & aduola. Idē te nostri rogant pueri, illud scilicet, coenabis, cum veneris.

M. T. CICERO QUINTO CICERONI FRATRIS.



Laciturū tibi esse librū meum suspicabar: tā valde placuisse q̄ scribis, valde gaudeo. Q; me admones de non curāria, suadesq; vt meminerim Iouis orationem, q̄ est in extremo illo libro: ego vero memini, & illa oīa mihi magis scripsi q̄ ceteris. Sed tñ postridie, q̄ tu es p̄fect<sup>9</sup>, multa nocte cū Vibullio veni ad Pōpeiū. Cūq; ego egissem de istis opibus, atq; inscriptionib<sup>9</sup>, pbenigne mihi respōdit, magnā spem attulit. Cū Crasso se dixit loq; velle, mihiq; vt idē facerē, suavit. Crassum Cōs. ex Senatu domū reduxi, suscepit rem, dixitq; esse, qd̄ Clodius hoc tpe cuperet p se, & p Pōpeiū conseq. putare se, si ego eū nō impedirē, posse me adipisci sine cōtentione, qd̄ vellē. totū ei negotiū pmisi, meq; in ei<sup>9</sup> ptate dixi fore. Interfuit huic sermōni P. Crassus adolescēs, n̄si (vt scis) studiosissim<sup>9</sup>. Illud aut, qd̄ cupit Clodi<sup>9</sup>, est legatio aliqua si min<sup>9</sup> per Senatū, p populū libera, aut Byzantiū, aut Brogitarū, aut vtrūq;. Plena res nūmorū. Quod ego nō nimīū laboro, etiā si minus assequor qd̄ volo. Pompeius tñ cum Crasso locutus est. videntē negotiū suscepisse: si p̄ficiūt, optime: sin minus, ad nostrū Iouē reuertamur. ἀμειλιχίῃ aut illā, quā tu soles dicere, bono modo desidero, si prorsus, vt aduenientē excipiā libenter, latentem etiam nūc non excitem. Tribus locis aedifico, reliqua reconciano, viuo paulo liberalius, q̄ solebam. Opus erat, si te haberē paulisper, fabris locū dare. sed & hac (vt spero) breuī inter nos cōmunicabimus. Res aut Romanę sic se habēt. Cōsul est egregius Lentulus nō īpediēte Collega, sic iquā bon<sup>9</sup>, vt meliorē nō viderim: dies comitiales exemit om̄eis. nā etiā Latine instaurant, nec tñ deerant supplicationes, sic legib<sup>9</sup> perniciosissimis obsistitur, maxime Catonis, cui tñ egregie iposuit Milo noster. Nā ille vindex Gladiatoꝝ & Bestiarorū emerat de Cosconio, & Pomponio Bestiarios, nec sine his armatis vnq; in publico fuerat, hos alere nō poterat. Itaq; vix tenebat. Sēsit Milo. dedit cuidā nō familiari negotiū, q; sine suspitione emeret eā familiā a Carone, q̄ simulatq; abducta est, Racilius q vn<sup>9</sup> est hoc tpe Trib. pleb. rē patefecit, eosq; hoīes sibi emptos esse dixit (sic. n. placuerat) & tabulam p̄scripsit, se familiā Catonianam venditurū. In eam tabulam magni risus consequebantur. Nunc igit Ca

tonē Lentulus a legibus remouit, & eos, qui de Cēfare mōstra pmulgarūt, quib⁹ intercede-  
 ret nemo. Nā qđ de Pompeio Caninius agit, saneq̄ refrixit. neq̄ em̄ res pbat, & Pompeius no-  
 ster in amicitia P. Lentuli vituperat. & Hercule nō est idem. Nā apud illā perditissimā, atq̄ in-  
 simā fecem populū propter Milonē suboffendit, & boni multa ab eo desiderāt, multa rephen-  
 dunt. Marcellinus aut̄ hoc vno mihi quidē nō satisfacit, q̄ eū nimis aspere tractat, q̄q̄ id Sen-  
 natu nō inuito facit: quo ego me libentius a curia, & ab omī parte reip. subtraho. In iudiciis  
 si sumus, qui fuimus: dom⁹ celebrat, ita vt cū maxime. Vnū accidit imprudētia Milonis, incō-  
 mode de Sexto Cēlio, quē neq̄ hoc tpe, neq̄ ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusa-  
 ri: ei tres sentētię teterrimę in cōsilio defuerūt. Itaq̄ hoīem populus reuocat, & retrahat ne-  
 cesse est (nō em̄ fuerūt hoīes) & q̄, cū apud suos diceret, pene damnat⁹ est, vident damnatū.  
 Ea ipsa in re Pōpeiū offensio nobis obstitit. Senatoꝝ. n. vrna copiose absoluit, equitū adēqua-  
 uit, Tribuni ararii cōdemnarūt. Sed hoc incōmodū consolant̄ quotidianę damnationes ini-  
 micoꝝ, in quibus me perlubēte Seruius allisus est, ceteri cōcidunt. Cato concionat⁹ est comi-  
 tia haberi nō siturum, si sibi cum populo dies agēdi essent exempti. Appius a Cēfare nondū  
 redierat. Tuas mirifice literas expecto, atq̄ adhuc clausum mare scio fuisse, sed quosdā venif-  
 se tñ Ostia dicebant, qui te vnice laudaret, plurimiq̄ in prouincia fieri dicerēt. Idem aiebāt  
 nunciare te prima nauigatione transmissurum: id cupio, & q̄q̄ te ipsum scilicet maxime, ta-  
 men etiam literas tuas ante expecto. Mi frater vale.

M. T. C. Q. VINTO CICERONI FRATRIS.



Ederam ad te literas antea, qbus erat scriptū, Tullia nostrā Crassipedi pri-  
 die Nonas Apr. esse despōsatā, ceteraq̄ de rep. & priuata pscripterā. Postea  
 sunt hęc acta. No. Apri. S. C. Pompeio pecunia decreta in rē frumētariā ad  
 HS. M. CCCC. Sed eodē die vehemēter actū de agro Cāpano clamore Sen-  
 natus ppe cōcionali: acriorē causam inopia pecunię faciebat, & annonę ca-  
 ritas. Nō ptermittam, ne illud quidē, M. Furiū Flaccū egre Romanū hoīem  
 nequā, Capitolini, & Mercuriales de collegio eiecerūt, p̄sentē ad pedes vnuscuīusq̄ iacētem.  
 Ad. III. Iduum Maii, S. C. factū est de ambitu in Afranii sentētiā, quā ego dixerā, cū tu ades-  
 ses, sed magno cū gemitu Senatus. Consi. nō sunt persecuti eorū sententias: qui Afranio cum  
 essent assensū, addiderunt, vt Prætores ita crearent, vt dies. LX. priuati essent. eo die Catonē  
 plane repudiarunt. Quid multa: tenent omnia, idq̄ ita omnes intelligere volunt. Vale.

M. T. C. Q. VINTO CICERONI FRATRIS.



Vmetuis, ne me interpelles: primū si in isto essem, tu scis qđ sit interpellare.  
 An te Ateius: mehercule mihi docere videbaris istius generis humanitatē,  
 qua quidē nihil vtor abs te. Tu vero vt me & appelles, & interpelles, & oblo-  
 quare, & colloquare, velim. Quid em̄ mihi suauius? Non mehercule quisq̄  
 μουσοπάταρος libētius sua recētia poemata legit, q̄ ego te audio q̄cūq̄ de re,  
 publica, priuata, rustica, vrba. Sed mea factū est inuisa verecūdia, vt te p̄si-  
 ciscens non tollerem. Opposisti semel ἀντιεκρου causam Ciceronis nostri valetudinē, cōtriciui:  
 iterum ceteri oēs, quicui. Nunc mihi iucunditatis plena epistola hoc asperit molestię, q̄ vi-  
 deris, ne mihi molestus eēs, veritus esse, atq̄ etiā nūc vereri. Litigarē tecū, si fas esset: sed me-  
 hercule, istuc si vnq̄ suspicatur⁹ ero, nihil dicam aliud, nisi verebor, nequando ego tibi, cū sum  
 vna, molestus sim. Video te ingemuisse. sic fit, εὐδ' ἔχσας ὅτι γαίᾳ. nūq̄ em̄ dicam ἕα πάσας  
 τὰς μελῆδ' ὄνας. Mariū autē nostrū in lecticā mehercule cōiecissē, nō illam Regis Ptolemēi  
 Anitianā. Memini. n. cū hoīem portarem ad Baias, Neapoli Octophoro Anitiano, Machero-  
 phoris centū sequētib⁹, miros risus nos edere, cū ille ignarus sui comitat⁹, repēte aperuit le-  
 cticā, & pene ille timore, ego risu corruī. Tūc, vt dico, certe sustulissē, vt aliqñ subtilitatem  
 veteris vrbanitatis, & humanissimi sermonis attingerem: sed hoīem infirmum in villā aper-  
 tam, ac ne rudē quidē etiā nūc inuitare nolui. Hoc vero mihi peculiare fuerit, hic etiam isto  
 frui. Nam illorum p̄diorum scito mihi vicinum Mariū, lumen esse apud Anitium videbi-  
 mus, vt paratum sit. Nos em̄ ita Philologi sumus, vt vel cū fabris habitare possimus. Habe-  
 mus hęc philosophiam, nō ab Hymetto, sed ab Area Syra. Marius & valetudine est, & natu-  
 ra imbecillior. De interpellatione, tārū sumam a vobis temporis ad scribendum, quātū dabi-  
 tis. vtinā nihil detis, vt potius vestra iniuria, q̄ ignauia mea cessē. De rep. nimium te labo-  
 rare doleo, & meliorem ciuē esse, q̄ Philoctetē, qui accepta iniuria, illa spectacula quarebat,  
 nūc ii

Refrixit.

Vrna sena-  
torum.

Siturum a  
fino.

Despōsata  
Tulliola.  
Clamor cō-  
cionalis.

Interpella-  
re.

Octophorū  
Machero-  
phori.

Philocte-  
tam.

## Epistolarum ad Q. fratrem

Abstergebo.  
Hortus est domi.

que tibi acerba esse video. Amabo te, aduola, consolabor te, & oem abstergebo dolore, & adduc, si me amas, Mariu, sed appropriate. Hortus est domi. Vale.

M. T. C. QUINTO CICERONI FRATRIS.



Pistolam hac conuicio efflagitarunt codicilli tui. Na res quidem ipsa, & is dies, quo tu es profectus, nihil mihi ad scribendum argumenti sane dabat. Sed, quemadmodum coram cum sumus, sermo nobis deesse non solet, sic epistole nostre debent interdum hallucinari. Tenedioru igitur libertas, securi Tenedia precesa est, cu eos prater me, & Bibulum, & Calidum, & Fauoniu, nemo defenderet. De te magis ab Sippo mentio est honorifica facta, cum te vnum dicerent postulationi L. Sestii Pansae restitisse. Reliquis diebus, si quid erit, quod te sci re opus sit, aut etiam si nihil erit, tamen scribam quotidie aliquid. Pridie Id. Apri. neq tibi, neq Pomponio deero. Lucretii poemata (vt scribis) lita sunt multis luminibus ingenii, multa tamen artis. Sed cum veneris, virum te putabo: si Sallustii Empedoclea legeris, hominem non putabo. Vale.

M. T. C. QUINTO CICERONI FRATRIS.



Audeo tibi iucundas esse meas literas: nec tamen habuissem scribendi nunc quide vllum argumentu, nisi tuas accepissem. Na pridie Id. cum Appius Senatum infrequentem coegisset, tantum fuit frigus, vt populi conuicio coact fit nos dimittere. De Comageno Rege q rem discusseram, mirifice mihi, & per se, & per Pponium blanditur Appius. Videt enim hoc genere dicendi si vtar in ceteris, Februariu sterilem futurum: eumq lusi iocose satis, neq so lum illud extorsi oppidulu, quod erat positum in Euphrate, & Zeugmate, sed pterea togam sum eius pretextam, qua erat adeptus Casare consule, magno hoim risu cauillat. Qz nolit inqua renouare honores eosde, quo minus togam pretextam quotannis interpoller, decernendum nihil ceseo. Vos aut hoies nobiles, qui Buscycu pretextatum no ferebatis, Comagenu feretis: Genus vides, & locu iocandi. Multa dixi in ignobile regem, quib totus est explosus, quo genere comotus (vt dixi) Appius totum me amplexat. Nihil est enim facilius, q reliqua discutere, sed no facia vt illu offendat, ne imploret fide Iouis Hospitalis. Graios omeis couocet, per quos mecum in gratia rediit. Theopopo satiffaciemus. De Casare fugerat me ad te scribere. Video, n. quas tu literas expectaris: sed ille scripsit ad Balbum fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat & mea, & Balbi, totum sibi aqua madidum redditu esse: vt ne illud quidem sciat, mea fuisse aliquam epistolam, sed ex Balbi epistola pauca verba intellexerat, ad qua rescripsit his verbis. De Cicerone video te quiddam scripsisse, qd ego non intellexi: quantum autem coniectura conuequebar, id erat huiusmodi, vt magis optandu, q sperandum putare. Itaq postea misi ad Casare eode illo exeplo literas. Iocum aut, illius de sua egestate ne sis aspernatus: ad que ego rescripsi, nihil esse, qd posthac artis nostre fiducia coturbaret: lusiq in eo genere & familiariter, & cu dignitate. Amor aut eius erga nos perfert oim nunciis singularis. Et litera quidem ad id qd expectas, fere cum tuo reditu iungentur: reliqua singulorum die ru scribemus ad te, si modo tabellarios tu prebebis: qm eiusmodi frigus impedeat, vt summum periculum esset, ne Appio sua ades vrerentur. Vale.

M. T. C. QUINTO CICERONI FRATRIS.

Optare.  
Sperare.  
Coturbare

Frigus impendebat.

Nix atra,



Isi niue atra, teq hilari ano, & propto ad iocandu valde me iuuat. De Pompeio assentior tibi, vel tu poti mihi: na, vt scis, iam pridem istum cato Casarem: mihi crede, in sinu est, neq ego discingor. Cognosce nuc Id. Decim erat Calio dies, Domiti ad numeru iudices non habuit: vereor, ne ho te ter, & ferus Pola Serui ad accusationem veniat. na noster Calius valde oppugnatur a gente Clodia. certi nihil est adhuc, sed veremur. Eode igitur die Tyriis est Senatus datus freques, frequetes contra Syriaci publicani, vehemeter vexat Gabinius: exagitati tamen a Domitio publicani, q eum essent cu equis profecuti. C. noster Lamia paulo ferocius, cu Domitius dixisset, vestra culpa hac acciderunt Equites Romani, dis solute. n. iudicatis: Nos iudicam, vos laudatis inqt. Actu est eo die nihil, nox diremit. Comitialibus dieb, qui Quirinalia sequunt, Appi interpretat non impediri se lege Puppia, quo minus habeat Senatum: & q Gabinia sanctu sit, etia cogi ex Cal. Feb. vsq ad Cal. Martias legatis Senatum quotidie dari. ita putantur detrudi comitia in mesem Martiu. Sed tamen his comitialibus tribu. ple. de Gabinio se acturos esse dicunt. Oia colligo, vt noui scribam aliqd ad

Cum equis profecuti.  
Comitiales.  
Lex Puppia.  
Gabinia.

te: f  
luta  
Sec  
ri  
em  
me  
hab  
alter  
ra. E  
in ei  
& of  
re de  
mad  
vero  
qsepi  
nem  
dum  
data d  
cui lita  
Roma  
Itaq e  
que fa  
nem, o

noribu  
rium el  
ego in  
liter del  
quidem  
ficiam, qd  
etia citu  
ta indom  
nia scribi  
colorib  
ti vacuu  
batiu q  
tudine eo  
tu ab eo  
dianu, se  
aliquo Tr  
me ceses o  
molliore  
rio Dictat  
Seretia au  
bis te mea  
occupat  
meas vene

te: sed, vt vides, res me ipsa deficit. Itaq; ad Callisthenē, & Philistū redeo, in qb<sup>9</sup> te video volutatū. Callisthenis quidē vulgatū, & notū negotiū, quēadmodū Gręci aliquot locuti sūt. Secutus ille capitalis, creber, acutus, breuis, pene pusillus Thucydides. sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an vtrosq; nescio. Me magis de Dionysio delectat. ipse est em̄ veterator magnus, & per familiaris Philisto. Sed quod scribis, aggrediaris ne ad historiā, me em̄ auctore potes: & quā tabellarios sumministras, hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Oblecta te cū Cicerone nostro quibellissime. Duas adhuc a te accepi epistolas, quarū alterā ī ipso discessu nostro, alterā ex Arimino datā, plureis, quas scribis te dedisse, nō acceptā. Ego me in Cumano, & Pōpiano, p̄ter q̄ sine te, ceterū satis cōmode oblectabar, & eram in eisdē locis vsq; ad Calen. Iun. futurus. Scribebā illa quę dixerā *πλινια*, spissum sane opus, & operosum. Sed, si ex sententia successerit, bene erit opera posita: sin minus, in illud ipm̄ mare deiciemus, qđ scribētes spectabamus, aggrediemur alia, qm̄ quiescere non possumus. Tua mādata persequar diligēter, & adiūgēdis hominibus, & in quibusdā nō alienandis. Maxime vero mihi curę erit, vt Ciceronē tuū, nostrūq; videā, scilicet quotidie, sed inspiciā qđ discat q̄sepissime: & nisi ille cōtemnat, etiā magistrū me ei p̄stebor, cuius rei nōnullam cōsuetudinē nactus sum in hoc horę dierū otio, Cicerone nostro minore perdocendo. Tu, quēadmodum scribis, qđ etiā si nō scriberes, facere te diligētissime sciebā, tñ facies, scilicet vt mea mādata digerās, persequare, cōficiās. Ego, cū Romā venero, nullū p̄mittā Casaris tabellariū, cui literas ad te nō dem. His diebus (ignoscēs) cui darē fuit nemo ante hūc M. Orfū equitē Romanū nostrū, & p̄necessariū, & q̄ est ex municipio Atellano, qđ scis esse in fide nostra. Itaq; eum tibi cōmēdo in maiore modū, hominē domi splēdidū, gratiosum etiā extra domū: quę fac, vt tua liberalitate tibi obligēs. est Tribunus Militū in exercitu nostro, gratū hominē, obseruantēq; cognoscēs. Trebatium vt valde amēs, vehementer te rogo. Vale.

M. T. C. QVINTO CICERONI FRATRIS.



D. III. Nona. Iun. quo die Romam veni, accepi tuas literas datas Placētia. Deinde alteras postridie datas Blādenonę, cū Casaris literis refertis oī officio, diligētia, suauitate. Sunt ista quidē vel magna, vel poti<sup>9</sup> maxima. Habēt em̄ vim magnā ad gloriā, & ad sūmā dignitatē. Sed mihi crede, quę nosti, qđ in istis rebus ego plurimū aestimo, id iā habeo, te scilicet primū tā inserviatē cōmuni dignitati, deinde Casaris tātū in me amorē, quē oībus his honoribus, quos me a se expectare vult, antepono. Literę vero eius vna datę cū tuis, quarū initium est, q̄ suavis ei tuus aduētus fuerit, & recordatio veteris amoris: deinde se effecturū, vt ego in medio dolore, ac desiderio tui te, cū a me abesses, potissimū secū esse letarer: incredibī liter delectarū. Quare facis tu qđē fraterne, q̄ me hortaris, sed mehercule currentem nunc quidem, vt oīa mea studia in istū vnū conferā. Ego vero ardenti quidē studio hoc fortasse efficiā, qđ sepe viatorib<sup>9</sup>, cū p̄perant, euenit: vt si serius, q̄ voluerint, forte surrexerint, p̄perado etiā citius, q̄ si de multa nocte vigilassent, perueniāt quo velint. sic ego, q̄ in isto hoīe colēdo tā indormiui diu, te mehercule sepe excitāre, cursu corrigā tarditatē, tū equis, tū velis. Quoniam scribis poema ab eo nostrū p̄bari, quadrigis poeticis mō mihi date Britaniā, quā pingā colorib<sup>9</sup> tuis penicillo meo. Sed q̄ ago: qđ mihi tēpus Romę, p̄fertim vt iste me rogat, manētī vacuū ostendit: sed videro, fortasse em̄ (vt fit) vincet tuus amor omneis difficultates. Trebatium q̄ ad se miserim, p̄falsē, & humaniter etiā gratias mihi agit, negat em̄ in tāta multitudinē eorū, q̄ vna essent, quēq; fuisse, qui vadimonium cōcipere posset. Marco Curtio Tribunatū ab eo petiui. nā Domitius se derideri putasset, si esset a me rogatus. hoc em̄ est eius quotidianū, se ne Tr. Mi. quidē facere. etiā in Senatu lusit Appiū collegā p̄pterea isse ad Casarē, vt aliquē Tribunatū afferret, sed in alterū annū. id & Curtius ita volebat. Tu quemadmodum me cēs oportere esse in rep. & in nostris inimicitis, ita & esse, & fore auricula infima scito molliorē. Res Romanę sic se habebāt. Erat nōnulla spes comitiōq; sed incerta. erat aliq̄ suspitio Dictaturę, ne ea qđē certa. summū otium forese, sed senescētis magis ciuitatis, q̄ acq̄scētis. Sētētia autē nostra in Senatu eiusmodi, magis vt alii nobis assentiantur, q̄ nosmetipsi. *τοιαυτα* δ̄ τλήμων ἐργάζεται πόλεμος, calamo, & atramento temperato, charta etiā detata res ageť. Scribis te meas lras superiores vix legere potuisse. in quo nihil eorū mi frater fuit, q̄ putas. neq; em̄ occupat<sup>9</sup> erā, neq; p̄turbat<sup>9</sup>, neq; iratus alicui. sed hoc facio semp, vt quicq; calam<sup>9</sup> in manus meas venerit, eo sic vtat, tāq; bono. Verū artēde nūc mi optime, & suauissime frater, ad ea dū

Thucydides.

Arimino. Oblectabar me. Politica.

Fraterne. Curtētem hortaris. De nocte. Equis & velis.

Tu<sup>9</sup> amor.

Vadimonium cōcipe.

Auricula infima mollior.

Charta detata.



## Epistolarum ad Q. fratrem

rescribo, q̄ tu i hac eadē breui epistola πραγματικῶς valde scripsisti. De quo petis, vt ad te nihil occultās, nihil dissimulās, nihil tibi indulgēs, germane, fraterneq; rescribā, id est, vtrū vales vt dixerim⁹, ad expediendū te, si causa sit, cōmorere. Si mi Quinte parua aliqua res esset, i qua sciscitarere qd vellē, tñ, cū tibi pmīssurus essē, vt faceres qd velles, ego ipse qd vellē ostēderē. In hac vero re, hoc p̄fecto q̄ris, cuiusmodi illū annū, qui sequit̄, expectē, plane aut trāglū nobis, aut certe munitissimū. Qz̄ quotidie domus, q; forum, q; Theatri significatiōes declarant, neq; laborant, q; mea cōscientia copiarū nostrarū, q; Cēsaris, q; Pōpēi gratiā tenem⁹, hac me, vt cōfidā, faciūt. Sin aliquis erumpet amētis hominis furor, oīa sunt ad eū frangendum expedita. Hęc ita sentio, iudico, ad te explore scribo. Dubitare te nō assentatorie, sed fraterne veto. Quare suauitatis egdē nostrę fruēde causa, cuperē te ad id tēpus venire, qd dixeras, sed illud malo tñ, qd putas, magis etiā, illa etiā magni aestimo me ἀμελαλίαν illā tuā & expectatiōē debitorū tuorū. Illud qd sic habeto, nihil nobis expeditis, si valebim⁹, fore fortunatius. parua sunt, q̄ defunt, quo nostris qdē morib⁹, & ea sunt ad explicādū expeditissima, modo valeam⁹. Ambit⁹ redit immanis, nunq̄ fuit par. Qui ne tātus fuit ex coitione Mennii, quā cū Domitio habuit Scaurus vnū vincere Messalā fieret, nō dico ὑπεβολῶς vel HS. cēries cōstituūt in p̄rogatiua p̄nūciare. Res ardet inuidiā. Tribunitiū cādīdati compromiserūt HS. CCCC. in singulos apud M. Catonē depositis petere ei⁹ arbitratu, vt q; contra fecisset, ab eo cōdemnaret̄. q̄ quidē comitiā, gratuita si fuerint, vt putant̄, plus vn⁹ Cato fuerit, q̄ oēs leges oēsq; iudices. Cū a me literas Librariū manu accepis, ne paulū orti me habuisse iudicato: cū autē mea, nullū, sic. n. habeto nūq̄ me a causis, & iudiciis districtiorē fuisse, atq; id anni tpe grauissimo, & caloribus maximis. Sed qm̄ hac tu ita p̄scribis, ferēda sunt, neq; cōmittēdū, vt aut sp̄i, aut cogitationi vestrę ego videar defuisse: p̄sertim, cū tametsi id difficilīus fuerit, tñ ex hoc labore magnā gratiā, magnāq; dignitatē sim collecturus. Itaq; vt tibi placet, damus operā, ne cuius aīum offendam⁹, atq; vt etiā ab iis ipsis, q; nos cū Cēsare tā cōiūctos dolēt, diligamur: ab equis vero, aut etiā a pp̄sis in hęc partē vehemēter excolamur, & amemur. De ambitu cū atrocissime ageret i Senatu multos dies, q; ita erāt p̄gressi cādīdati cōsulares, vt nō esset ferēdū, i Senatu nō fui. Statui ad nullā medicinā reip. sine magno p̄sidio accedere. Quo die hęc scripsi, Drusus erat de p̄uaricatione a Tribunis ararii absolutus, in summa quattuor sententiis, cū Senatores, & egtes damnassent. Ego eodē die post meridiē Vatiniū aderā de sensurus. ea res facilis est. Comitīa in mēsem Septēbrē reiecta sūt. Scauri iudiciū statim exercebit̄, cui nos nō deerim⁹. Σωδείωνος σοφοκλέους, q̄q; a te actā fabellā video esse festiue, nullo modo pbauī. Venio nūc ad id, qd nescio an primum esse debuerit. O iucundas mihi tuas de Britannia literas. timebam Oceanū, timebā litt⁹ insulę. Reliqua nō equidē cōtemno, sed plus habent tñ sp̄i, q̄ timoris, magisq; sum sollicitus expectatiōē ea, q̄ metu. Te vero ὑπόθεσιν scribēdī egregiā habere video. Quos tu sit⁹, quas naturas rerū, & loq; quos mores, quas gēteis, quas pugnas, quē vero ipsum imperatorē habes! Ego te libenter, vt rogas, quib⁹ reb⁹ vis adiuuabo, & tibi versus, quos rogas, γλαῦκα εἰς ἀθῆνας mittā. Sed heu tu, cælari videor a te. quo modo nā mi frater de nostris versibus Cēsaris: primum librū se legisse scripsit ad me ante: & prima sic, vt neget se ne gręca quidē meliora legisse. Reliqua ad quendam locū ξαθυμῶτα, hoc enim vtitur verbo. Dic mihi verum, num aut res, aut χαρακτήρ nō delectat: nihil est, quod ver eare. Ego enim ne pilo quidem minus te amabo. Hac de re ἐλαλίδω, vt soles, scribe fraterne. Vale.

M.T.C.EPISTOLARVM AD Q.C.FRATREM, LIBER TERTIVS.

M.T.C.QVINTO C.FRATRIS.

Arcanum.

Diphilus.  
Pauimenta  
ta porticus  
Tectorium  
concinnū.



Go ex magnis calorib⁹ (nō. n. meminim⁹ maiores) i Arpinatī sūma cū amēnitate fluminis me refeci ludorū dieb⁹, Philotimo tribulib⁹ cōmēdati. In Arcano ad. III. Iduū Septēb. fui. ibi Mēsiū cū Philoxeno, aquāq; quā ii ducebāt nō lōge a villa belle sane fluētē vidī, p̄fertī maxīa siccitate, vberiorēq; aliquāto sese collecturos eē dicebāt. Apd Herū recte erat. In Maniliano offēdī Diphilū Diphilo tardiorē, sed tñ nihil ei restabat p̄ter balnearia, & ambulationē, & auariū. Villa mihi valde placuit, p̄pterea q; sūmā dignitatē pauimēta portic⁹ habebāt: qd mihi deniq; apparuit, posteaq; & ipa tota patet, & colūne politę sūt. Totū in eo ē, qd mihi erit cure, tectoriū vt cōcin-